



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,
locisq[ue] scriptos digesti**

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1545

VD16 C 4328

III. Duae Viae agendi ad tollendum in religione dissidiu[m] Lutheranum.
Vna mitior, Altera austerior Script[a]e Romae Anno 1523.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29563

Act. Anti. diffidij inter Prin. & Ciuita. Germa:

pecunias circa conductum exercitum (nam habuerunt 1200. lanceatos, exceptis innumerabili uulgo ciuium mechanicorum rusticorum armatorum) & alia maxima damna intrassent, quia nihil utile egerunt, sed ubiq; succumbebant. Tunc dominus Adolphus Archiepiscopus Moguntinensis & Episcopus Badenburgen. cum magistro militie hospitalitatis sanctae Mariae teutonicorum qui dicebatur Ioannes de Vemingen, se interposuerunt, & pacem fecerunt, ut ciuitates diuersae magnas summas pecuniarum soluerent principibus pro damnis uillanis illatis, & rubore & pudore magnū in tanta expositione perpeffa sunt. Et sic cōspiratio cōfoederatiōis ciuitatū annihilata et soluta et lis sedata est.

Exscriptum Moguntiae, Anno 1522.

MISCELLANEO
RVM LIBRI SECUNDI
Tractatus Quartus.

DE VIÆ AGENDI
ad tollendum in religione diffidium Lutheranum.

VIA MITIOR CONTRA
Lutheranos.

Pristina Germanorū felicitas.



Audare antiquam pietatem & obedientiam Germanorum, per quam non solum felicitatem in caelis, sed & gloriam opesq; ac dignitates cōsequuti sunt in terris. Itaq; esse hodie Germaniā opibus, potentia, honoribus ac optimis quibusq; uitae institutis longe.

longe meliorem ac splendidiorē quā unquam antea fuerit, permanendum igitur in antiquorū fide & religione, Ne simul cum religione perdant omnia alia bona, sicut perdidērūt Aphri, Aegypti, Orientales, Græci, &c. Qua de re duas scripsi exhortationes sub hoc titulo Roma Germaniæ.

De allegatis grauaminibus tunc oportune tractari posse II. amice & fideliter, quando prius exterminetur hæresis, atq; Grauamina, in ecclesiæ unitatem populus reducatur. Obstare nunc animorum discordiam ac proteruiam, quia subditi putant se posse à superioribus suis extorquere quicquid uelint. Fore tē mali exempli, si pax & unio sic redimatur, cum spōte redire debeant, qui friuole discesserunt.

Colligere articulos quā plurimos Lutheri, distincte secū III. dum diuersam materiam, & breuem adijcere singulis repro- Plurimi arti- bationem ex scripturis, aut euentibus alijs rationibus. Ita culi Luthe. à enim & populo gratū erit, reāgi scripturis & rationibus, nō Catholicis solum autoritate aut mādato, & Luthero difficile foret, om reprobati. nes articulos ita reprobatos asserere. Certe pulcherrime re- pbauit XLI. articulos (quos Bulla Apostolica damnauerat) Iohannes Episcopus Rossensis in Angliā, Ita & prior Doct. Ioan. Dietenberg apud Prædicatores Franckfordiæ CXXXIX. articulos eius reprobauit de uotis Monasticis, & ego Teuthonice 154. articulos eius de Missa & Eucharistia redargui. Sed & D. Iohannes Faber copiosissime illi per CXXXVI. responsiones obuiauit. Possent igitur facile conquiri CC. aut CCC. articuli erronei, paucis reprobandi, præter eos quos reprobauerunt Bulla, Rossensis Prior, & Faber. Ut merito cæcus & expes iudicaretur, quisquis tot articulorum reprobatione à Luthe. hæresi non absterreatur.

Permittere Cæsari & septē Electorib. ut p euidētiori do- IIII. gmatum Lutheri corum falsitate depræhendenda, consti-

Dux uia ad tollendum dissidium:

Iudices inter tuant certos iudices (absq; tamē prejudicio Sedis Apostolis
Luth. et eius cæ, ad quam unam pertinet de fide definitiue iudicare) qui
aduersarios. superintendant & iudicent inter Lutherum & eius aduersa-
rios. Esse nanq; aliquos, qui sub iudicibus eiusmodi, cum
ipso etiam usq; ad mortem cōtendere uelint, & hoc ad æqua-
le periculū, absq; saluo conductu, ut uictus mox luat pœ-
nam secundum quod decreuerint iudices. Hanc protectio-
conditionē pro fide Catholica & pro Ecclesiæ pace ac uni-
tate libenter subibunt, Prior, Cochlaeus, Mensingus & Em-
serus, sed neq; Faber detrectabit, & Eckius neq; de fide neq;
de ingenio suo diffidet. Certum est autem Lutherum minis-
me ausum esse aut uelle, sub eiusmodi iudicibus designatis
disputare, uti sepe confessus est, etiam publicis scriptis. Inde
igitur non parua futura esset Ecclesiasticis ad populum cō-
tra illū fides & beneuolentia, si uiderent illum nusq; esse au-
sum sine saluo cōductu comparere, nec ulli iudicio stare aut
causam suam committere, Scit enim sese ab omni Catholi-
co iudice damnatum iri.

V. **Confutatio** Emittere interea plerosq; libros benefundatos tum ratio-
dogmatū. nibus tum scripturis contra illius maxime barbara & per-
uerfa dogmata, quæ etiam populo ipsi displicent uel nuda
& sine reprobatione.

VI. **Disciplina** Præcipere Episcopis, ut Clerū suum sub meliori, quam
Cleri. hactenus, disciplina teneant, in uestitu, in conuersatione, in
sacro ministerio, & in sacrarū literarum studio. Ne habeant
Concubinas, ne tota deseludant, ne semper sint ociosi sine li-
bris, cum pauperum contemptu.

VII. **Pij Concio-** Constituire doctos & bonæ uitæ Concionatores, qui
natores. populo prædicent uerbū dei sincere in mansuetudine, secū-
dum expositionē approbatorum ab Ecclesia doctorū, admi-
scendo interim non affectatam, sed secundum materiæ pro-
positæ exigentiā occurrentē & oportunā Lutheranorū do-

gmatum reprobationem, idq; modeste, sine conuicijs, fideliter & ex quadam compassione.

Aedere libros, præsertim Teuthonicos, in commendatione Missæ, Sacramentorū, Castitatis, B. Mariæ uirginis, S. Laurentij & aliorum sanctorum, Taliū enim Laudes gratæ erunt populo, maxime si fiant modeste & sine cōuiciandī amaritudine, Et non parum offensi sunt boni homines ex dictis Lutheranorum contra superius enumerata, facile igitur per horum laudes reduci poterunt.

Exponere populo, tum in Contionibus, tum in libellis adendis, quid boni designent ritus & Cerimonie in cultu diuino, præsertim in Missa, Nam ualet eiusmodi expositio ad excitandam in populo deuotionem, & ad odium & detestationem Lutheranorum dogmatum, quæ barbarice omnem exteriorem cultum dei, non sine displicentia boni & communis populi, contemnunt.

Commendare antiquam Maiorū nostrorum pietatem, in Exequijs, Vigilijs & Annusuarijs Mortuorum, qui ex acerbissimis Purgatorij ignis (quem derident Lutherani) pœnis ad nos clamant, sicut in Euangelio Diues ad Abrahā & Lazarum. Magnam itaq; esse & impietatem sic derelinquere maiores & propinquos nostros in tantis angustijs, & ingratitude, nihil boni conferre ijs qui nobis omnem substantiam & hereditatem reliquerunt. Iniustitiā deniq; non seruare fundationes, quas in salutem animarum pie instituerunt & persoluerunt defuncti. Displicet enim & ista Lutheranorum barbaries populo communi, qui pro fidelibus defunctis hæcenus libet orauit et eleemosynas fecit.

VIA CONTRA LV.

therum Austerior.

Ff 3

Cchs

De viâ ad tollendum diffidium.

- I. **Liber C. Gra
waminura.** Conqueri apud Cæs. Maies. de tam varijs ac diuturnis
in Sedem Apostolicam iniurijs & contumelijs, quæ ab
impijs publice & impune fiunt in terris Imperij, præsertim ues-
ro in ciuitatibus Imperialibus. contra eius Edictû. Et quod
iniquissimum est, editû iam esse & latine & Teuthonice Lis-
brum, in quo, sub nomine Principum & statuû Imperij, nõ
solum Lutherana quædam dogmata continentur, sed etiã
Annatę totius Orbis inuidiose, ad maius excitandum in po-
pulo cõtra Ro. Ecclesiũ odiũ, sunt enumerate, et quidẽ falso.
- II. **Scandalosa
quædam in
eo libro.** Conqueri item apud Catholicos Principes, utpote apud Ferd.
apud Duces Bavarix, apud Comitem Palatinũ,
apud Ducem Saxonix Georgium etc. q̃ sub nomine Prin-
cipum & statuum Imperij talia sint, non solum dicta et scrip-
ta in consilio secreto intra parietes, sed etiã in populũ sine
omni fructu & necessitate, in odium S. Ro. Ecclesię, euul-
gata, Qualia cetera à Catholicis Principibus, ab ijs præsertim
quibus Luthera. hæresis sic displicet & molesta est, neq; dici
neq; scribi ullo modo decet, Sunt. n. plerq; ex ijs friuola, in-
iuriosa, scandalosa, atq; etiã reprobã, quæ Lutherana factios-
nẽ (quã ipsi perseq; & opprimere dicũt) in pluris cõmẽdãt.
- III. **Contra res
sponsũ Nũ-
cio Aposto-
lico datum.** Expostulare cum Archiepiscopis & Episcopis Germã-
nix, cum & ipsi sint membra Imperij, q̃ in tale responsum
(in quo sic commendatur fautor et receptator Lutheri) cõ-
senserunt, cum nemini grauius imminet periculum quã
ipsis & eorum Clero atq; etiã ouibus & subditis.
- III. **Negligen-
tia Episcopo-
rum.** Arguere item Episcopos, q̃ tot lupis ululantibus ipsi sic
dormiunt, ut neq; scribant aut prædicent ipsi, neq; scribentis-
bus & prædicantibus auxiliares manus præbeant, Præcipe-
re insuper eis districtissime, ut de cætero quilibet in omni
Diocesi sua prohibeat realiter & cum effectu, nè libri Lus-
therani uendantur aut legantur, sed ubicunq; reperiantur,
collantur

tollantur de medio. Contra rebelles procedant uia Iuris, aut si censuræ spernantur, ui & carceribus coerceantur.

Vt quislibet Episcopus habeat aliquem uirū practicū, upote Officialem aut Vicarium, qui districte procedat cōtra Lutheranos prædicatores, At ne ui solū aut terrore agere uideatur, debeāt ei ab Episcopo adhiberi duo aut tres Theologi docti (quales facile reperiuntur in Monasterijs & in collegijs aut Vniuersitatibus) qui errantes per piam in scripturis informationem reducant, si autem obstinati sint, prohibeantur amplius prædicare, & procedatur cōtra eos prout de iure. Poterūt certe sic multi absterreri uel authoritate Iudicis & Assessorū, uel saltē metu pœnæ & censurarū atq; scandali.

Mandare Episcopis, ut uiris doctis, qui contra Lutherana dogmata docte scribunt, assistant, quo possint habere impressores idoneos, qui opuscula eorum excudant & uendant, utq; eos iuuent etiam mutuando non nihil pecuniæ ad faciendas pro Impressione librorum expensas. Poterit enim talis pecūnia uenditione librorum recuperari, si non tota, saltem sine graui damno.

Scribere Catholicis Principibus, ut sectā Luth. acrius persequantur, non solum iuxta Edictū Cæs. Maiest. et ppter obedientiam, quā in talicasu maxime debēt Sedi Aplice, sed etiam ppter salutē animarū et ppiū periculū, Quoniā Lu. in pleriq; libris populum in Principes concitat sediciosus & calumniosus dicitis. Nimum esse dedecus, tot Principes tam diu tolerare unius Monachi Apostatę tam superbi, & incōstantis maledicta, contumelias & minas.

Agere cum Heluetijs, ut nō permittant amplius Luthe. libros Basileæ imprimi, nec sinant Ulrichum Zuingliū tantam deinceps infamiam per tot hæresum iam olim damnatarum instaurationem, famigeratę eorū Nationi super inducere, et fortissimam gentem à patrum religione auertere.

V.
Processus cōtra Lutheranos prædicatores.

VI.
Iuuare scriptores Catholicos.

VII.
Pericula animarum & Principum.

VIII.
Heluetij.

Dua uia ad tollendum diffidium.

IX. Agere item cum Argentinensibus, ne tot & tam uariis
Problemata & diuersos libros Lutheranos imprimi sinant, cum sit hoc
Brunfelsij. Anno Impressus ibi libellus quidam expresse contra Qua-
X. tuor Euangelia. Admonere insuper Franckfordienses,
ne posthac illos libros Lutheranos in nundinis suis uendi
sinant, quia inde cumulatim in omnem Germaniam exportantur
bis per singulos annos. Scripta Romę. Anno 1523.

MISCELLANEO

RVM LIBRI SECVNDI
Tractatus Quintus.

NECESSITAS RESISTENDI
Sectarum nouitatibus.

L



X lege diuina, Nam contra ius diuinum
occupant bona Ecclesiastica, Leui. 27.
Quicquid semel fuerit consecratum, san-
ctum sanctorum erit domino. Secundo
periculosum est illis cohabitare. Nume. 16
Recedite à tabernaculis impiorum homi-
num, & nolite tangere quę ad eos pertinent, ne inuoluami-
ni in peccatis eorum. Tertio, Tolerari non debent, Deut. 13.
Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius matris tuę, aut
filius tuus uel filia siue uxor quę est in sinu tuo, aut amicus
quem diligis ut animam tuam, clam dicens. Eamus & ser-
uiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, Non ac-
quiescas ei nec audias, neq; parcat ei oculus tuus ut misereas
ris &